

sua, si quid potest, apud deum suę orationis instantia. § [20] Electis in Christo sororibus de campo superne amenitatis suavissimis redolere^d floribus. § [21] L. humilis ex eo, quod foris habitu apparet, homini intus lucidum fructum offert in conspectu domini. § [22] Domino et patri suo amator anime et vite suę gaudere perpetuum. § [23] Pio presuli consortem fieri, quibus claves commissę sunt regni celorum. § [24] Domino suorum utinam minimus devotionem serviendi devotissimam. § [25] Domino suo quicquid anima fuit in deo salutari suo. § [26] Domino suo episcopo, quem constituit deus in salutem populo suo, N. dei gratia quod est in orando et serviendo siquidem devotius fideliusque potest. § [27] Matrone suę gratia dei anulo fidei domino subarrate felicis potiri spiritus amoris igne. § [28] Dilectus dilecto quicquid comprehendit iocundius in summo dilectionis puncto. § [29] Regi domino fide et verbis catholico, actibus gloriosissimo H.^e W. famulorum minimus suorum quod ros Hermon excelso^f Syon. § [30] Reverendissimo fratri W. M. scolasticus salutem in Christo. § [31] In^g spiritu principali eterne vite bravium^h prestolari. § [32] Iocunditatem puericie in viri perfectionem transferre. § [33] Domino magistro suo in voluntate dei cooperantemⁱ gratiam spiritus sancti. § [34] Perito magistro suo suus^j ad montem virtutum felices successus. § [35] Dimidio anime suę quotquot sunt commoditates amicicie. § [36] Dilecto suo amico vim fortitudinis in brachio domini. § [37] Et domino et patri etiam atque etiam dilectissimo M. exul suus. § [38] Dilectissimo et domino et amico C. archidiacono M. suus salutem in Christo. § [39] Apostolicę dignitatis personam divinitus sortito M. actus officii in hoc mundi theatro suscepti beatissimam in Christo Iesu consummationem. § [40] Dilecto fratri G. M. salutem in Christo. § [41] Summe sanctitatis domino et per omnia venerando antistite G. H. licet indignus episcopus orationum et obsequii perpetuam constantiam. § [42] Reverendissimo Hamaburgensis^k ecclesię archipresuli A. orbus^l ille et desolatus debium illud et sincerum orationis suę in Christo sacrificium. § [43] H. gloriosissimo regi militia Babenbergensis^m animorum corporumque promtissimam devotionem. § [44] Reverendissimoⁿ sacrosanctę Coloniensis ecclesię^o archipresuli A. orbus^p ille et desolatus Babenbergensis

d) über der Zeile nachgetragen e) B. (Minuskel-h der Vorlage verlesen zu b; siehe auch Anm. s) f) c über der Zeile nachgetragen g) davor gestrichen In principi h) korrigiert aus brachium i) coperantem j) danach gestrichen
k) Burgerssis l) korrigiert aus oribus m) Habengensis n) Revendis-
simo o) am Rand nachgetragen p) korrigiert aus oribus